

## Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 146

...ego... Adalmundus... dono aliquid ex rebus meis propriis deo et sanctis apostolis eius Petro nec non et Paulo ad locum quae vocant Romanum monasterium, ubi domnus Odilo abbas praeesse videtur ad regendum, id est casalem unum cum casa super posita et vineas duas, qui coniacent in villa Montaniaco... et in villa quae vocatur Tabernis dabo vobis casalem unum cum orto et cum casa super posita... et in supra dicta villa dono ad iam dictum locum campum unum de quinque iornales.....

Signum Adelmundi, qui fieri et firmare rogavit. Domnus Rodulfus rex manus sua corroboravit et ceteri plures, quorum non est necesse scribi per nomina.

Anno tercio regnante Rodulfo rege.

Petrus sacerdos scripsit.